



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 61. Summi Pontificis responsum ad Noaillii Cardinalis literas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

„& felicissimo Apostolatus Regimine
 „efficacia & sincerissima vota ad Deum Sæc. XVIII.
 „effundimus. Interea ad Sanctitatis A. C. 1728.
 „vestræ pedes prostratus Benedictio-
 „nem vestram Apostolicam exoro &c. „

§. LXI.

*Summi Pontificis responsum ad Noail-
lii Cardinalis literas.*

Acceptis hisce Noailii literis quanta
 gaudii ubertate paternus Benedicti
 Pontificis animus exundarit, vix mente
 percipi, aut calamo exprimi potest:
 mox igitur habito Purpuratorum cœtu
 eos fastissimi hujus nuntii certiores
 reddidit, ac die vigesima prima Au-
 gusti ad Cardinalem Noailium has
 dedit literas;

*Dilecti Fili, Salutem & Apo-
stolicam benedictionem.*

„Prudentissimum juxta ac sanctissi-
 „mum consilium, quod jamdudum in
 „Christo conceperas & per ejus gratiam
 „nunc adimplere cogitas, non minori
 „Nos solatio replevit, quam Divina
 „illa illustratio, quæ animo tuo pacem
 „& tranquillitatem reddidit. Satis
 „ergo exprimere haud possumus gau-
 „dium nostrum, quo nuperas tuas li-
 „teras

Sæc. XVIII. „teris die 19. Julii ad nos datas re-
 A. C. 1728. „cepimus, non sine singulari Sacrae
 „Sedis satisfatione intelligentes, quod
 „post tot moras tandem luculenta per-
 „fectæ obedientiæ specimina Sacerdo-
 „tali caractere dignissima edideris, ac
 „præcipue sponderis, te omnem ad-
 „hibiturum curam, ut tandem dissen-
 „sio, quæ Nos sejunxit, tollatur, &
 „grex tibi commissus conservetur. Fe-
 „cisti ea omnia, quæ nos pro veteri
 „nostra erga te amicitia, & ex paterno
 „Zelo adhibitis laboribus jam dudum
 „speravimus, & ardentè desideravi-
 „mus. Nec dubitamus Te ex his li-
 „teris nostris plenum gaudium fore
 „percepturum, dum palam profiteamur,
 „Te omni laude esse dignissimum, tua-
 „que obedientia nostris votis tanto-
 „pere consona virtutibus ac præclaris
 „dotibus. quas generis tui nobilitas,
 „& Status tui dignitas concessit, no-
 „vum splendorem tribuisse. Postquam
 „igitur literas tuas per quosdam Car-
 „dinales Fratres nostros mature exa-
 „minavimus, omnium judicio compro-
 „batum est, in illis veræ obedientiæ,
 „& perfectæ acceptationis Constitutio-
 „nis *Unigenitus* signa reperiri, teque,
 „ut omnis dissidii cum S. Sede scintilla
 „penitus extinqueretur, pastorem
 „Instructionem die 14. Jan. 1719. pro-
 „mul-

„mulgatam, cunctaque Bullæ receptio- Sæc. XVIII.
 „ni adversa, sincero corde & animo A. C. 1728.
 „revocasse. Compellimur itaque di-
 „gnissimum Filium nostrum veluti qua-
 „dam temporis procella divulsam rur-
 „sus amplecti, eique victoriam prompta
 „sua obedientia gloriose reportatam
 „gratulari; Uberes quoque illos fru-
 „ctus, quos ex hac tua erga S. Sedem
 „subjectione Nobis pollicemur, avidè
 „expectamus, ut eo promptiores, ala-
 „cioresque efficiamur ad conceden-
 „dam tibi plenam omnium veniam.
 „Tuum jam est, promissa exequi, &
 „Pastorali epistola obstinatos, & præ-
 „fatæ Constitutioni adhuc dum rebelles,
 „ad obsequium reducere, ut illi, qui
 „te pertinacem secuti sunt, obedien-
 „tem quoque imitentur, suoque exem-
 „plo ac sollicitudine revocati ad con-
 „sequendam Jubilæi gratiam tot votis
 „exoptatam eo digniores efficiantur:
 „Nulli ergo, Dilecti Fili, parce la-
 „bori, ut quem olim S. Sedes in Cle-
 „mentis XI. felicis recordationis Præ-
 „decessoris nostri literis ceu sedulum
 „Apostolicarum Constitutionum Cul-
 „torem commendavit, nunc quoque
 „laudem nostram eo uberius prome-
 „rearis, quo studiosius laboraveris,
 „ut minimum etiam schismatis in Ec-
 „clesia vestigium penitus tollatur, at-
 „que

Sæc. XVIII. „que illi, qui sese ab Ecclesia infausta
 A. C. 1728. „sorte separarunt, rursus ad perfectam
 „unitatem & diuturnam pacem redu-
 „cantur. Inde fiet, ut postquam bo-
 „num certamen certasti, & cursum
 „consumasti, tandem etiam coronam
 „justitiæ tibi repositam habeas, quam
 „justus Judex bene certantibus reddere
 „solet. In quorum fidem Apostolicam
 „nostram benedictionem Tibi peraman-
 „ter impertimur, ac diuturnam vale-
 „tudinem paterno affectu apprecamur.

§. LXII.

*Dolosa Quesnellistarum molimina con-
 tra Noailii declarationem.*

Tam sincera, & luculenta Noailii
 palinodia Quesnellistis acerbissi-
 mum inussit dolorem, ac confusionem;
 probe enim prospexerant, avulso fa-
 ctionis Capite, primario Duce, ac ma-
 ximæ auctoritatis patrono in die belli
 ad castra Israel reverso nil propius esse,
 quam internecinam suorum cladem,
 sectæ excidium, ac perpetuam obsti-
 natorum infamiam. Ut ergo lethale
 hoc vulnus quodammodo sanarent, om-
 nes vires, artes, consilia, & quicquid
 in ipsis erat versutiæ aut industriæ,
 sedulo conferebant; cum autem Noail-
 lii retractationem nec inficiari, minus
 vero